

Templum Dei estis.

Léctio Epístolæ primæ beáti Pauli apóstoli
ad Corínthios

3, 9c-11. 16-17

Fratres:

^{9c} **D**ei ædificátio estis.

¹⁰ Secúndum grátiam Dei, quæ data est mihi,
ut sápiens architétus fundaméntum pósui;
álius autem superædícat.

Unusquísque autem vídeat quómo do superædícat;
¹¹ fundaméntum enim áliud nemo potest pónere
præter id, quod pósitum est, qui est Iesus Christus.

[12-15]

¹⁶ Nescítis quia templum Dei estis,
et Spíritus Dei hábitat in vobis?

¹⁷ Si quis autem templum Dei evérterit,
evértet illum Deus;
templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

Verbum Dómini.